Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36492
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

egressus eius. de quo iuxta tropologiam in x. viii. psalmo legimus. et ipse
tamquam sponsus procedens de thalamo suo. Qui ri solii mane uocatur
et aurora. et diluculii. sed uenire nobis quasi ymber temporaneus
et serotinus terre Hos xpm recipim temporaneii. quando fidei in
nobis iacta sunt fundamenta. et suscipiemus eii ymbre serotinii.
quando maturis segetib fruges capiemus eternas. et in dominica
horta recondamus. Ergo o iudei qui temporaneas pluuias n receperunt.
et absq; pluuiis iecere semente. fructus in ultimo tempore n recipi
ent. Hec est pluuia de qua pollicet dicens. Dabo uobis pluuiam tem
poranea et serotina. Iuxta allegoriam datur pluuia temporanea.
quando ex parte cognoscimus. datur pluuia serotina. quando
uenerit qd perfectum est. Semper; dns mane surgentib paratus est.
qui possunt dicere. consurgi diluculo. et ds ds meus ad te de luce
uigilo. sitiuit in te anima mea. Quid faciam t ephraim. quid faciam t
iuda. Misericordia uestra quasi nubis matutina. et quasi ros mane pertran
siens. Propter hoc dolaui in ppheris. occidi eos in uerbis oris mei. et iudi
cia tua quasi lux egredient. L. xx. Quid faciam tibi ephraim. quid
faciam tibi iuda. Misericordia autem uestra quasi nubis matutina. et quasi ros mane
pertransiens. Propterea succidi prophetas uestros occidi eos in uerbis oris
mei. et iudicium tuum quasi lux egredietur. Quando dicit quid faciam
tibi ephraim. quid faciam tibi iuda. parentis in pdnos filios monstrat
affectum. iuxta illud qd in esaia legimus. Quid est qd ultra debui fa
cere uineae meae et non feci ei. Et in michea legimus. Ppls meus quid
feci tibi. et quid molestus fui tibi. Responde mihi. quia eduxi te de
terra egypti. de domo seruitutis liberaui te. et misi ante faciem tuam
moysen et aaron. et mariam. Quid igitur tibi faciam ephraim. quid
faciam tibi iuda. Misericordia uestra quia uobis semper misertus sum. quasi nu
bis matutina pertransiens. et quasi ros mane consurgens. qui orto sole
siccatur. Iam enim captiuitas ppe est. iam uos cerno duci in assirios.
et in babilonios catenatos. Dolaui uos in ppheris. et uerbis terribi
lib comminatus sum. scalpellis ingens. et cauteria protuli. ut qui
clemenciae contempnebatis. timeatis offensum. et occidi negligentes
in uerbis oris mei. ut ante peccatores uerborum terrore punire quam
captiuitas imminere. et hec uniuersa feci. ut iuditii quo te iudi
caturus sum. ut ueritas appareat nullusq; dubitare uos iuste
que patimini fuisse ppessos. Pro eo qd est dolaui in pph eris. lxx.
transtulerunt succidi pphetas uestros ipsos pseudo pphetas adno